



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

326. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

diaconi, vel deinceps quibus ducendi uxores non est licentia, etiam alienarum nuptiarum evitent convivium, neque his cœtibus admisceantur ubi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum choris & saltationibus efferuntur; ne auditus & obtutus sacris mysteriis deputatus turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

Conc. Agath.
c. 39.
Burchard. lib.
2. c. 134.

De eadem re. *Ex Concilio Mogontiacensi*
cap. xxxix.

CCCXXVI. Quibus licentia uxores ducendi non est, alienarum nuptiarum evitent convivium.

Burchard. lib.
2. c. 132.

De eadem re. *Ex decretis sancti Martini*
Pape.

CCCXXVII. Non licet sacerdotibus vel clericis aliqua spectacula in nuptiis vel convivii spectare; sed oportet, antequam ingrediantur ipsa spectacula, surgere & redire inde.

Martinus Bra-
car. c. 59.
Burchard. lib.
2. c. 135.
Vide supra
c. 213.

De temporibus quibus se continere debent conjugati ab uxoribus. *Ex Concilio Helibernensi.*

CCCXXVIII. Synodus Helibernensium dicit: In tribus quadragesimis anni, & in die dominico, & in quarta feria & sexta feria conjugales continere se debent. Item nec in illis diebus copulari quandiu gravata fuerit uxor, id est, à quo die filius in utero motum fecerit usque ad partum. Item à partu post triginta tres dies, si filius; si autem filia, post quinquaginta sex.

Burchard. lib.
19. c. 155.